



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Væ illi qui ciuitatem sangu[n]e ædificat, & urbem iniquitate apparat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

C
uire
per-
ilius
trun-
uni-
t, nec
rago
domi-
puta.
niti-
eri dū
qued
uicis-
lipsa.
; exi-
quod
audi-
t.
cunla
mundo
te ho-
fit; ce
ntigna
uesica
nidus
torsisti
inc mul
tatam

ANNOTATIONES

tatam auaritiam, ut tantæ munitiones sese inuertant,
ac solo fragore id ferè efficiant, quod hostes armis. Sic
res cedere debent ei, qui auaritiae, & ædificationi intē-
tus est, neglecto interim Deo, ut eiusmodi ædificiū nul-
la fœlicitas maneat neq; salus, enim uero, ut hic subdit,
infœlicitas, aduersitas, ingēs itē ignominia, tam ipsum
ædificatorem, quam ædificiū. Hoc est fortē esse uelle,
sed non in Domino. Ita uero tum principibus, tum do-
minis faciundum erat, si munitiōes quascunq; etiā ex-
ædificare uellent, ut ucre bonū fundamentum iaceret,
hoc est, ut primū, pro uirili, corde & animo precarē
tur Deum, quo nœcessitatis tempore ædificiū conserua-
ret. Sic arx super uero fundamento, cōsisteret fortius;
Quom uero nulla geratur animi cura, sed ligna modo
& lapides erigantur, sua tandem hora sic fieri oportet,
ut textus indicat, ut contignationis, lapidumq; fragore
pauescant. Ego uero nos idem expertos esse arbitror,
in munitissimis arcibus à colonis in seditione dirutis.

Væ illi qui ciuitatem sanguine ædifi-
cat, & urbem iniquitate apparat.

Tertia derisoria ode, de uenusto ædificio est, quo to-
ta ciuitas exornabatur ac decorabatur. Nactus enim
pecuniarum & rerum abundantiam, primū domum
suam id est arcem ædificabat, munitam & pretiosam,
ut supra audiuimus. Deinde ciuitatem quoque uarijs
elegantibus ædificijs, de qua re multa p̄s̄im traditæ
sunt

sunt ab historicis, quomodo rex Babylonii aedificari. Inter omnia id summi loco miraculi ducitur, quod Eu- phratem grandem illum fluuium per urbem uixerit, quanquam id Graeci Semiramidi reginae tribuat, cuius parum solidam tamen rationem habent. Author est enim Daniel, quod gloriabatur rex, instructam a se Ba- bylonem, De extremitatibus uero reginae, deliciarum hortis in alto supra teclorum fornices Iosephus scribit. Solent enim inutilia multa aedificare reges, quibus nimium au- ri et argenti est ut in Aegyptiorum turribus et sepul- chris appareat. Eiusmodi pulchra, magnifica, pretiosa que aedificia, in ignominiam et dedecus (inquit Haba- cucus) uertentur. Quam ob causam? Quod hec omnia misericordia sudore et sanguine, iniqua facultate per exactiōnē et interemptionē parta, extruat. Nam ut recepimus, tam augustum imperium, multa sanguini- nis effusione et iniquitate, citra necessitatem asequil lum oportuit. Quare hoc ciuitatem per uel cum san- guine, aedificare Habacuc uocat. Pecunia enim effuso sanguine parta est, ac iniuria, qua homines adfecit. Ac eadem ferè uerba loquitur Micha propheta in regem Iuda, dum ait cap. 3. Sanguine aedificatis Zion, et Ieru- salem cum iniquitate, ut adpareat communē hunc pro-phetis, in tyrannos sermonem fuisse,

Nonne a domino exercituum hoc fi-
et. Quod populus labore suo tibi pe-
peri